

E. Hunteriana Schltr., nov. spec.

Epiphytica, erecta, usque c. 50 cm alta; pseudobulbis foliisque mihi nondum notis, fide collectoris illis *E. atropurpureae* (W.) Schltr. similibus et fere aequimagnis; inflorescentiis ut videtur paniculatis 30—45 cm longis, gracilibus, pedunculo ramisque apices versus minute verruculosis; bracteis deltoideis, acutis, ovario pedicellato multoties brevioribus; floribus in genere inter mediocres, laxè dispositis in panicula, illis *E. oxypetala* (Ldl.) Schltr. (*Epidendri oxypetali* Ldl.) similibus sed paulo majoribus, ovario excepto glabris; sepalis patentibus, lanceolato-ligulatis, subacutis, basin versus paulo angustatis; c. 2 cm longis, lateralibus obliquis; petalis quam sepala aequilongis, sed basin versus magis angustatis, obliquis; labello ex ungue brevissimo alte tripartito, explanato 1,7 cm longo, inter apices lobarum lateralium 1 cm lato, toro linearis-ligulato in basi lobi intermedii in lineas 3 elevatas soluto ornato, lobis lateralibus columnam amplectentibus, oblongo-ligulatis, apice oblique et obtuse apiculatis, ab ungue usque ad apicem 8 mm longis, lobo intermedio ex isthmo brevissimo suborbiculari-ovato, obtusiusculo, margine leviter undulato, 1 cm longo, infra medium c. 6,5 mm lato; columna recta, juxta stigma leviter dilatata, exauriculata, 7,5 mm longa, semitereti; ovario cum pedicello gracili, minute sed manifeste verruculoso, cum pedicello c. 1,5—1,8 cm longo.

Panama: Bei David, im Chiriqui-Distrikt, etwa in Meereshöhe — no. 84.

Bisher erhielt ich nur Teile der Infloreszenzen und mußte mich deshalb bei der Beschreibung der vegetativen Teile ganz auf Mr. Powells Angaben verlassen.

Die Art wird wohl am besten neben *E. oxypetala* (Ldl.) Schltr. untergebracht, von der sie durch reicherblütige Rispen, die dicht warzigen Ovarien und die größeren Blüten leicht zu unterscheiden ist.

Die Blüten sind olivgrün mit weißer am Grunde rotgezeichneter Lippe.